

ILLVSTRI AC GENERO-
SO D. D. OCTAVIANO SECVNDO
FVGGERO, BARONI KIRCHBERGAE ET VVEISSEN-
horni, S. Caf. Mai. à consiliis, Reipub. Augustanae
Duumviro, Domino & Patrono suo summa
observantia honorando,
S. P.

CVM, ILLVSTRIS ET GENEROSE BARO, MUSICAE,
artis nunquam satis laudata, ea sit ratio, ut non in politicis tantum rebus
in signis eius usus appareat, sed maxime in sacris & Ecclesiasticis: jure in
illam non minus opera, quam in ullam aliam disciplinam liberalem, confe-
rimus. Ac quantum ipsa communi vitæ seruiat, neminem latet. Cernimus,
eos qui laboribus perfunctur gravissimis, hos ipsos accinendo quippiam lenire. Convivia
quacunq; grata & accepta haud existimantur, nisi harmoniâ sive organicâ sive hominum,
sive utraq; etiam conjunctâ ita illa temperentur, ut convivia, antea subtristes, extra se ve-
lut rapiantur hilaresq; reddantur. Quata verò eius vis sit in Ecclesia: cum sacra litera nos
docet, tñ ipsa experiētia. Sumus enim natura segniores ad virtutis studiū: cuius præcepta ut
aliud quasi agentibus instillarētur: divina providentia hoc velut remedium esse voluit, quo
ad sacra perdiscenda homines invitarentur. Hinc psalmodie, hinc hymni: quibus par-
tim erudimur, partim Deum omnis boni autorem celebramus. Qua de causa Liturgiis
quoq; institutæ sunt, sive (ut verius dicam) id genus cantica, qua in illarum administra-
tione adhibentur, ut coelestis illius Musica sit in nobis accenderent. Quod genus Li-
turgica melodemata ut & componerem, & in lucem ederem; persuaderi mihi sum passus:
quibus ne patrociniū deforat, ea Illustri Generositati Tue consecrare volui. Eius me cau-
sas adferre, vix necessarium arbitror. Norunt enim hic quàm plurimi, qua Illustris
G. Tua propensa voluntas, qui ardens sit amor in pium illum Musicæ usum: norunt, qua
ab annis jam quatuordecim eiusdem Ill. G. T. in me, artis illius divine studiosum, be-
neficia extent. Ut igitur aliquod animi grati ostenderem indicium; hos Liturgiarum mo-
dos sub Illustris G. T. uae nomine publicavi: quos eo velim animo excipiat, quo me hæte-
nus complecti non est dedignata. Illustris G. T. bene valeat, cuius in clientelam me com-
mendo. Augusta Vind: Calend. Septemb. Anno M. D. IG.

Illustris G. T. observantiss.

eidemq; deditiss: servus

Ioann: Leo Hasler.